Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Physica particularis - Cod. Ettenheim-Münster 331

[S.l.], 1713

Proloquium

urn:nbn:de:bsz:31-131717

Visual Library

Philosophiæ Thomistico Arlicæ
Pars 3tia complectens Physicam Particularem simul et Methaphysicam.

Prologuium

Aggredimur auspice Deo multum Rdi ac Religiosi Auditor 3tiam philosophiæ partem physicam particularem et methaphysicam complectentem, gemina procurante nec minus suavem nec minus utilem; suavem, quia a causis priori parte generice explicatis ad omnes semper magis amica descendit particularia; utilem verò, quia non duntaxat stupendam cœlique terræque compagem per rerum ortum et, et occasum, ipsamque etiam invisibilem quasi quodam visibili specie intuendam intellectui proponit, sed tandem ad ipsum Deum physico argumento demonstrandum transcendit, a quo tota Creatorum vicissitudo, et bona vicissitudinis metamorphosis; ita, ut meo judicio præsens particularis physicæ disputatio jure quodam innato sibi prorogat illud oraculi Sapientis effatum: qui ignorat, ignorabitur: ut ergo absit tam turpis ignorantiæ fœditas de vestri indefesso sapientiæ amore confisus mundum de mundo et cœlo ordior physicam.